Fragmentarium

Exaudi noſ qſ omp̄ſ dſ & famulū tuū que ad regimen ani
marū eligimuſ gr̄ae tuae dono pſequere . ut te largiente
cū ipſa tibi nr̄a electione placeat . p
Omnium creaturarū dominator dn̄e qui inter cetera poten
tie tue opera . ad te adorandū . teq; glorificandū & laudandū
humanā ſpeciē ex limo terre formaſti . & ſenſu rationali illuſtra
ſti . ut non tranſitoria ſed toto deſiderio concupiſceret eterna .
& tranſcendens ea que a te creata ſunt . te creatore liberius intue
retur . ſup hunc ſeruum tuum . ill̄ qſ placatus intende . & quem
patris uice elegiſti famulis tuis pficere benedictionis . & gr̄ae tue
munera dignanter indulge tue uoluntati iugiter eū intentum eē
concede . ut nihil temporale . nihilq; carnale amori tuo preponat .
ſed in beneplacitis tuis uirilimentis pposito pſiſtat . atq; commiſſo
rū ſibi animarum pfectibus tibi gratanter inſeruiat . & p interceſſionem glorioſe genetricis tue marie . ac ſci petri apoſtoloꝝ
principis . cuius norma beatus pater benedictus . ſeruandā
monachis conſtituit . concede eum intra ſacrarium ſcientie
ſpiritalis admitti . ut & ſe & quoſ cumq; ſibi ſubiectoſ taq̄ ua
lapides uiuoſ idoneus ſit edificio coaptare celeſti . Longe
fac eum dn̄e a ſecularib; pompis . & inſere uitalib; ornamtis
Cunctas huius ſeculi cupiditates de corde eius funditus extirpa
ne aliquo terrene concupiſcentie puluere foedatus . plus gerat
ſollicitudē de reb; tranſitoriis . quā de animabus iniunctis . quia
ubi exercentur terrena negotia negleguntur ſpiritalia lucra .
Remoue eum ab illius auari & cupidi regis ahab ſententia
qui iſrlitico populo prelatus ex inuadenda alterius poſſeſ
ſione effuſione ſanguinis ſuam polluit prefecturā . occi
dens inſup & poſſidens . Libera eum ab annanie & ſaphire
fraude nequiſſima ne de nummo ad nummum inuigilet .
ſed de uirtute in uirtutem tranſeat . de bonis ad meliorem
tendat . paſtoris officium fideliter & potenter te donante
exerceat . ut in domo tua ſcā uidelicet eccleſia conſtitutus .
omniumq; bonorum floribus exornatus . fiat cunctis

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 42r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/37004)